



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Fœmina.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

*Fœmina.*

FOEMINA non potest publicè prædicare,  
nisi ex Papæ licentia.

\*Cap. Nouo, de pœnit. & remis. 33. dist. mulier.  
in capitulo, & claustro potest. Sylu. Fœmina,  
nu 3. Neque docere potest. Caiet. vers. mulier.  
Sylu.l.c.

2 Nec vti habitu virili, etiam ob continen-  
tiam. Vide Conc. Cong. c. 13.

\*Caiet.l.c. Interdum tamen, ob honestam  
delectationem potest vti. Nau. c. 23. nu. 22. ex  
D.Tho.

3 Nec esse testis in testamento solemni extra  
terras Ecclesiæ ( vbi verò solemnitas non re-  
quiritur, vt tempore pestis, potest ) nec in  
causa criminali, nisi hærelis, aut læsæ maie-  
statis, aut simoniæ, aut cum aliter veritas sci-  
ri non potest, aut cum proceditur via inquisi-  
tionis.

\*Vide Sylu. Testis. nu. 1. Ad pias causas ad-  
mittitur Couar. c. Relatum. 1. numer. 5. de testam.  
& in criminalibus iure ciuili, in contractibus,  
& alijs actibus, Couar. l.c.

4 Nec pro debito incarcерari, nec cogi ac-  
cuseare, aut testificari, nisi in certis casibus, vt  
in causa criminali.

\*Vide Syl. Fœmina. num. 3. Couar. l.c. 1. var.  
resol. num. 3.

5 Potest post partum, vel Ecclesiam adire ex  
deuo-

deuotione, vel sc̄ domi continere ex reue-  
rentia.

*Fructus, vide Beneficium.*

F V G A.

**F**ugerē non dicitur qui ad Superiorem  
vadit.

*Furtum, vide Debitum, Eleemosyna,  
Inuentum.*

**E**xcusari à peccato furtum, ob grauissi-  
mam necessitatem, probabiliter qui-  
dam dicunt: alij ob solam extremam volunt̄  
idque modo rei dominus non sit in eadem  
necessitate. *Ang.lib.de mer.dac.cap.7.* & *12.* ob  
nullam excusat. Ego cum illis sentio, qui à di-  
uite, qui tenetur huic pauperi subuenire, &  
iunt licere eam rem clam accipere.

\* De furto *Salon q. 66.* *Nau. c.17.* à numeris.  
*D. Th. 2.2.q.66.ar.3.4.* *Val.t.3.d.5.* *q.10.p.4.5.*  
*Lopez p.1.c.92.93.* *Sot.l.5.q.3.ar.1.2.3.4.* *Io. Med.*  
de rest. *q.4.* *Tol.l.5.c.16.*

*Tol.l.cap.15.nu.5* {Ego} *Nauar.cap.17.num.*  
*118.* *Io. Med.c.de eleemos. q.3.* & de rest. *q.3.causa*  
1. imò tu, si nequeas opem ferre extremè e-  
genti, potes à diuite rapere, ut ei succurras  
*Nau. Med.l.c.*

2 Excōmunicatio lata ob furtum, intelligi-  
tur si ex sc̄ sit mortale peccatum, scilicet rei

nota-